



Fr. ius. sing. 1680

B. C. D.  
DISSERTATIO JURIDICA  
*De*  
JURAMENTO  
EXHIBITIONIS  
Germanice,  
**Ehd Dīgens und Seigens.**

QUAM  
DIVINA FAVENTE GRATIA  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi  
*atq; Excellentissimi*  
DN. JOH. GEORGII  
SCHERTZII,  
J.U.D. ejusdemque P.P. Ord. & Canon. Thom.  
In Alma Argentinensium Universitate  
SOLENNI Eruditorum Disquisitioni  
sistit  
JOHANNES HERTTENSTEIN,

Argent. AUCTOR & RESPONDENS,  
A. diem 28. Mens. Septembr. A. O. R. M DCC XIII.  
In Auditorio Majori h. Iq; solit.

---

ARGENTORATI,  
Literis JOHANNIS PASTORII.

D E O,  
P A T R I A E,  
P A T R O N I S  
A T Q V E  
A M I C I S.

25

## PRÆFATIO


**Q**uemadmodum *Jus Civile Romanum* non ita, ut s̄apius fieri soleat, celeri possumus percurrere pede, ut adeo s̄apius tres, imo plures annos in Illud impendere necesse habeat, qui saltem istud se percurredisse de se gloriari cupit; Ita, dico, eo majori laude sunt condecorandi, qui laudabiles in eo fecere progressus. Sane si inter Hoc & alias Jurisprudentiae partes, *Ius Feudale ac Canonicum* dico, instituo comparationem, non invenio tantum illa habere laboris, quantum habet *Iuris Civilis* cultus, licet equidem non minimam laudis partem, qui in isto quoq; sudarunt campo, sibi vindicare queant. Nec dubito id ipsum ex Ejus prolixitate ac materia copia derivare, cum Ipse Imperator Iustinianus, ac *Iure Consulti Romani* *Ius Civile* Opus desperatum ac Oceanum Vastum appellare non dubitarint; & quidem non sine ratione; nam quae non Legum farrago? quae non difficultas in ijs explicandis, ut alia taceam, ibi s̄apius occurrit? Ut autem *Iuris Civilis* probe gnari maximam merentur laudem, ita e contrario haud parum notandi sunt, qui inimicio hujus amore capti, nil, quod ibi

A 2

non

non occurrat, estimant, & qui quod in eo tradita  
solum ex Tripode dicta agnoscunt, alias juris par-  
tes omittere fere sibi ducunt laudi. Unde fit ut  
plane fere negligant Ius Feudale, ac Canonicum;  
Patria autem jura ne inspiciant quidem; adeo, ut  
si quando profectuum ac Laborum specimina exhib-  
ere coguntur, licet Iuris Civilis haud ignari sint,  
tamen hic cœcutiant; Evidem, quod pro suis dicunt  
partibus, non adeò abludit à Veritate; Ius Patrium  
plerorumq; Locorum nempè adeò confusum ac Va-  
rium esse, imò ita sapius incertum, ut etiam illis,  
qui id nocturna diurnaque manu tractavere, non  
rarò aqua bareat. Verum enim vero quamvis  
verum sit, quod & Patrium Ius suashabeat syrtes,  
certissimum tamen & hic est, quod Omnia conan-  
do docilis solertia vincat; cum non desint Viri Eru-  
diti, quorum ductu hos scopulos superare licet. Ego  
sane ex illo tempore, quo vires meas imbecil-  
las cultui Iuris Argentoratensis Nostri applicare  
cœpi, vel meo exemplo didici, & in hoc campo ali-  
quāiri ac procedi posse. Docebit TE, Benevole Le-  
ctor, de Veritate mei asserti vel levide se hoc, quod  
vides, ex Iure Patrio specimen, cuius defensioni Pu-  
blica, ut Deus T.O.M. gratia sua, Tu autem, B.L.  
favore Tuo ad sis, submisse oro obsecro que.

B.C.D.



B. C. D.

CAPUT I.

*Delibans quædam de Juramento in genere.*



Uamvis non semper & ubique optima, quâ debet, ratione in præstatione Juramentorum soleat procedi, ita ut exinde exitiosa sæpius emanent perjuria. ( uti haud immerito queritur de Juramento Calumniæ Joh. OLDENDORPIUS in Act. Forens. Progymnasm. CL. 1. act. 7. in f. Habemus nunc, inquiens, Juramentum Calumniæ, quo perjurium magis introducitur, quam excluditur Calumnia ) Attamen Juramenta, si cum ratione adhibeantur, quin Rebuspubl. utilissima, imò summè necessaria sint, nullus dubito : nec erit in dubio, qui cum Illustri SCHILTERO in Manud. Phil. Moral. ad Juris prudentialiam Cap. II. §. 14. illorum originem paulo accuratius respiciet ; Cum enim, ait, contingere, ut quæ pravitas & fallacitas est humanae Naturæ, fidem sæpè fallerent homines, intererat Reipubl. ut arctius vinculum inveniretur, quo simplicem assertionem promissionemve stabilirent, & confirmarent, arctius porro vi-

A 3

sum

sum nullum fuit, nisi quo quis renunciaret Divine bonitati ac Misericordiae, & sese gravissimae pœnae ac vindictæ Dei O. M. qui & omnium actuum humanorum testis atq[ue] arbiter, & bonorum brabenta, malorum vindex ac ultor severus, submitteret, tam quoad animam quam quoad corpus, nec tantum in hac vita, sed & post eam, si aut falsum esset, quod affereret, aut quod promissum, non servaret. Sane, quis non multum utilitatis in eo positum esse arbitratur, quod tam multæ ac tantæ lites, quæ alias immemoriale tempus durarent, finiantur, mediante Juramento: cuius rei & ipsa S. SCRIPTURA testis; in EPIST. ad EBRAEOS c. 6. v. 16. πάους ἀνθορίας πέπας οὐ βεβαιωτικός. Apparet certe ea, quæ hactenus dicta, & omnes gentes agnivisse; Quæ non apud omnes & ab omni ævo maxima semper juramenti vis ac sanctimonia fuit? de Ebræis S. paginæ ubique testantur. Apud Gentiles tanta fuit, ut etiam gravissima perjuros pœna manere crederetur, quæ ad posteros quoque pertingeret: probat id multorum scriptorum Ethnicorum testimoniis GROT. de Jure B. & P. II. 13. 1. Quid itaque sit Juramentum videamus? Est autem religiosa alicujus rei asseveratio, in cuius majorem fidem Deus Ipse ut Vindex & ultor perfidiæ invocatur. Juramentum in genere dividitur in solenne ac minus solenne; solenne vocant, quod certis constat solennitatibus, e. g. ut requiratur Erectio digitorum in viris, in fœminis dextræ ad sinistrum pectus impositio &c. de qua re pluribus videri potest LUDOVICI in dissert. de solennibus Juramentorum. Minus, quod dicunt, solenne, hisce ceremoniis non constat, imò nec requiritur quandoque,

ut

ut formula prælecta de Verbo ad Verbum à Jurante pronuntietur ; sed sufficit traditio manus stipulatæ ; Egregiè GROTIUS de J. B. ac P. II. 13. §. 22. Ideo multis in locis vice Jurisjurandi repertum est , ut fides datis dextris , que erat πίσις βεβαγωλήν ὡρα. Ιοῦ Πέρσαις firmissimum apud Persas fidei vinculum aut alio quodam signo obstringatur , ea vi , ut , ni impleatur promissio , promissor non minus detestabilis habeatur , quam si pejerasset . Et hoc posterius quidem licet frequenter in rebus minoris momenti locum inveniat , tamen non prorsus à rebus Majoris momenti excluditur ; uti hoc tota die hic Argentinæ videmus ; sic renunciatur SC<sup>to</sup> Vellejano , præstatur eodem modo Juramentum Inventarii seu Exhibitionis ; de quo cum plura Deo Volente , afferre proposuerimus , huic Capiti primo imponimus finem . Sit itaque

## CAPUT II.

De

*Juramento Exhibitionis.*

Germanis

**Eyd Äugens und Zeigens.**

**A**NTE omnia , ut bona Methodo incedamus , ostendemus B. L. rationes quare hoc ipsum Juramentum , Exhibitionis , item Inventarii , Germanis der **Eyd Äugens und Zeigens** appelletur ; quod autem primum attinet , eò minus difficile erit ad resolvendum , quò magis notorium à Vocabulum Exhibitionis derivari ab Exhibere & sic appellari , quoniam in illo promittimus , nos omnia bona , quo-

rum-

tumcumq; cognitionem habemus eo tempore sc. quo Juramentum præstatur, vel in futurum habebimus esse ostensuros atque exhibitos vel saltem nominatos; unde etiam Juramenti Manifestationis nomen ei συνώνυμον est. Inventarii Juramentum vocari non absque ratione suspicari licet, quia præcedat confectionem Inventarii. v. Dn. KAST in *Dissert. de omittenda hereditate Sect. III. Artic. IV. n. 2.* Cur **Aügens & Zeigens** appelletur, nunc disquirendum erit. Ante omnia autem hic primò notari merentur, qui τὸ Vocabulum **Aügens** scribunt per **Ei**/ sive per **Ey**; ex ea potissimum ratione ( uti illam Mihi ipsi ex Notario quodam audire contigit) quia omnia bona in primis *propria* ostendere in isto promittimus; quæ ratio incongrua: nec tantum saepius invenitur hæc scriptio in Notariorum instrumentis, verum etiam interdum ita male impressum occurrit; sic in der Inventierschreiber · Ordnung de Aº. 1636. §. 18. & in der Inventierschreiber · Ordnung de Aº. 1690. Melius ac accuratius scribuntur per **Aü**/ unde & nos ita imprimi curavimus, cum derivetur ab *Aug*, *Oculus*; sic dicitur *Eigduri*, *Oculatus Gothicus* ap. VEREL. in Ind. Ling. Goth. *Araugta*, ostendebat ap. Tatian. Vers. 2. 4. sic ap. Keron. *Keaugit* *vvart*, monstrabatur; Gl. Lipsii. *Oige*, ostende, *oginon*, ostendit, & *ougoda*. Idem *Ougon* sal, ostendam, ich soll oder werd äugen: quod *aügen* idem itaque est ac ostendere, demonstrare; uti vel compositum in phrasí, es eräugt sich das oder jenes, docet. pro *aügen* autem etiam legitur *eugen*; sic ap. BRAND im *Narrenschiff* C. 67.

*Ein böß Fravv stæts ir Bosheit eugt  
Die Fravv der Joseph dyeent das zeygt, Non*

Non raro quoque exprimitur *τὸ οὐγέν* / à quo  
*Αὐγενς* derivatur, per Oi, ut pluribus antiquis,  
 quæ mihi inspicere licuit, monumentis id probari  
 potest; sic legitur in Lib. quodam, qui est in Tri-  
 bu Pannificum hic Argentinæ : *Es sollent auch der  
 Meyster und die Fünffmanne alle jore in den nächsten  
 acht tagen, nachdem sie ane gangen sind, den botten  
 und den haupikannen lassen oigen und zoigen des  
 antvercks hußrath.* Eodem modo in JURE STAT.  
 ARGENT. SCHILT. Lib. 3. c. 173. *Ist das einer Wund  
 vvert und komet für den Meister, und vwill ime die  
 Wunde oigen, der Meister soll die Wunde nit sehen:*  
 Egregie huc facit locus in Libro MSC. quem indul-  
 tu Amici singularis inspicere contigit, ibi: *Promise-  
 runt quoque Gubernatores & procurator p̄dicti pro  
 se & suis in ipsorum officium præcessoribus Dnn. N. N.  
 in quibuslibet locis, ubi quando & quoties opus fuerit,  
 p̄dictum Theutunicum Instrumentum, si de eo indi-  
 gerent, monstrare, accommodare, & ipsis cum eo  
 dem obedire, erga quascunque personas, in vulgari,  
 sie sullen es inen zögen und oigen, und in lihen,  
 und in domit gehorsam sin: Occurrit porro præ-  
 dictum vocabulum scriptum per ou. sic in STAT.  
 ARGENT. SCHILT. Lib. 3. c. 317. *vver erbet der soll  
 ouch gelten noch der marckzale, alß er dann erbet,  
 und soll man ouch dem ougen, und nennen alles das  
 eigen und erbe. Quod Αὐγενς und zeigens ita  
 conjuncta fuerint, ex usu & modo loquendi fluxisse  
 loca hactenus allegata satis indicant. Afferamus,  
 postquam de origine ac derivatione vocabulorum  
 egimus, porro synonyma hujus Juramenti: Voca-  
 tur enim alias quoque Juramentum *ἰπιδείξως*, uti  
 refert**

refert WEHNERUS ex Libb. *Basilicorum.* Lib. 25. t. 4.  
 in voce theilbare Güter. qui idem notat dici τὸ ὄγκος  
 τῆς ἀπορευόμενης. v. Cujacius 14. observ. 31. & in Papin.  
 l. 16. quæst. in l. 7. de Juris & facti ignorantia; Jura-  
 mentum *occultationis*, subintellige vitandæ, vel vita-  
 tæ, sicut Juramentum calumniæ: Ut è contrario lati-  
 nè Juramentum *Exhibitionis* scil. bona fide faciendæ  
 factæve; Sic eodem sensu, sed respectu diverso dici-  
 mus præstare dolum & præstare bonam fidem, il-  
 le ut absit, hæc ut adsit: Insuper vocatur Juramen-  
 tum *Inventarii* ex ratione, quam supra allegavimus.  
 Germanis vocatur der End Angens und Zeigens;  
 in JURE STAT. ARGENT. art. wie man ein Erb  
 angen und zeigen soll. add. STAT. ARGENT.  
 fol. 93. a. In REFORMAT. FRANCOFURT.  
 part. 6, tit. 3. §. II. vocatur, der End/ daß nichts  
 durch sie hinderhalten wird. His ita consideratis  
 subjicimus, quid sit Juramentum *Exhibitionis*. Potest  
 autem nunc definiri, quod sit juramentum, quo quis  
 promittit, se omnia bona, sub quocunque nomine  
 illa veniant, tam corporalia, quam incorporalia, tam  
 mobilia, quam immobilia, ut & obligationes seu  
 activa & passiva, quorumcunque notitiam habet, vel  
 imposterum habebit, indicare ac demonstrare vel-  
 le. In singulorum explicatione nunc harere nolo,  
 cum illa ex iis, quæ infra dicentur, clariora appa-  
 ritura sint. Propositum autem est huic Capiti ad-  
 jicere tres Sectiones, in quarum prima occurrit  
 tractandum, An Juri Communi Jurament. Ex-  
 hibitionis etiam cognitum sit? II. proponemus,  
 quis usus sit Juramenti *Exhibitionis* hic Argentinæ,  
 & in III. quid circa hoc Juramentum obtineat in  
 aliis quibusdam Locis. Sit itaque SECT. I.

## SECTIO I.

*An Juri Communi etiam cognitum sit Juramentum Exhibitionis?*

Vlderi posset affirmativam esse veriorem propter Legem ult. §. 10. *Licentia C. de Jure delibrandi*; in qua conceditur Legatariis & fideicommissariis, qui Inventatio non omnia bona fideliter inserta suspicantur, deferre hæredi Juramentum, quo afferat, se omnia bona fideliter exhibuisse, atque Inventario inseri curasse. Verba Legis hæc sunt: *Licentia danda creditoribus seu Legatariis, vel fideicommissariis, si majorem putaverint esse substantiam à defuncto relictam, quam heres in Inventario scripsit, quibus voluerint legitimis modis, quod superfluum est, approbare, per sacramentum illius, (heredis) si aliae probationes defecerint, ut undique veritate exquisita, neque damnum, neque lucrum aliquod heres ex hujusmodi sentiat hereditate; adiungatur l. 2. C. Quando & quibus quarta pars &c. ibi: Juratis successoribus, cum apud se diligenter estimaverint, quæ quantique sint pretii facultates, credi oportere decernimus. conf. Nota GOTHOFREDI, (cum quo tamen, quod statutum Tyrannicum appelleret, ut quisque mobilium suorum numerum profiteri apud acta & publicè cogatur, minimè facio.) Huic accedit communis Dd. opinio, quæ illud Juramentum in usu apud Romanos fuisse statuit; sic apud SCHILT. in *Cons. Argent. Resp.* 176. p. 206. §. 3. Drittens besangend den End Augens und Zeigens / gleichwie letziverstorbene Frau seel. zu præstation desselben so wohl de Jure statutario*

und Communi gehalten gewesen / &c. Ejusdem quoque sententiæ esse videtur STRYCK. in *Cautelis Juramentorum Part. III. Sect. III. Cap. I.* per l. 5. & 16. π. de Pet. hered. l. 2. C. quando & quibus quarta pars &c. & Dd. ibi alleg. Verum enim vero dum Juramentum Exhibitionis diximus, Juramentum esse, quo quis se omnia bona, quorum cognitionem habet, vel in posterum habere poterit, velle demonstrare, ac exhibere, veriorem negativam esse arbitramur. Varias enim omnino & satis graves reperimus inter Hoc & Illud differentias ; Juramentum enim, de quo præcipue Lex f. §. 10. C. *de jure deliberandi* loquitur, præstabatur & exigebatur tantum, si suspicio aderat, non omnia bona fideliter ac probè Inventario ab herede fuisse inserta : &, ut notanter Lex loquitur, si aliae probationes defecerint, exigebatur. Deinde in Legatariorum, Fideicommissariorum &c. arbitrio erat positum, illud exigere necne ; Nunc verò Juramentum Exhibitionis, de quo nos sumus dicturi, præstatur regulariter ante, non demum post confectionem Inventarij : Non est deinde positum in arbitrio Legatariorum ac fideicommissariorum, exigere, sed ab ipsa lege, ideoque necessario præstandum ; nec primario ob interesse privatum, sed ob Publicum præprimis exigitur. Fluit exinde & Dd. quorum sententias supra attulimus, non ad mentem Juris Nostri Statut. illud apud Romanos usitatum Juramentum nomine **Eyd Aūgens und Zeigens** insignivisse. Quod ipsum clarius fieri, si consideramus in

## SECT. IL

## SECT II.

*Quid obtineat circa Juramentum Exhibitio-  
nis hic Argentine?*

CUM in nulla fere Republica circa Juramentum Exhibitionis, ut hic Argentine in alma Patria, ita accuratè ac prolixè dispositum esse invenerim, duxi è re esse ob materiæ copiam, pariterque amorem erga Patriam, specialius eâ de re agere. Egregiæ autem hac de re in Jure Statutario reperiuntur Constitutiones: Sic in JUR. STAT. ARGENT. ex collect. SCHILTERI Lib. 3. const. CCCXVII. hæc leguntur: *Wer erbet, der soll auch gelten noch der marckzale, als er dann erbet, und soll man auch dem ougen und nennen alles das eigen und erbe, und varende gut, und den vvidemen, obe vvidemen do sint, und auch das unverändert gut, und nemlich das varende gut zougen, und uvas man ime durch ein recht teilen soll, und soll ime dann jenes suveren an den Heiligen, das er im geougt und genennet habe alles, das es im durch ein recht teilen soll, versvige es uzit darüber, das es durch recht teilen soll, das soll der Erben sin, den es versvigen ist, und soll im ouch die schulde kundlichen machen, mit dem Eide als hie noch geschrieben stot, so soll der schuldner suveren an den Heiligen, das er die schuld schuldig sy, und vvieviel der schulden sy, vvill dann jenre, dem man die schulde schuldig ist, suveren an den Heiligen, das man im die schuld schuldig sy, on alle geverde, als der schuldner davor behept hette; vvolleñ sie dann erben, sollent sie die schulde helffent gelten: vver aber das der schuldner stirbe und die erben*

vvoltent s̄vveren an den Heiligen, das si der schulden  
nit envvusten, mag jenre dan , dem man die schulde  
schuldig ist, furbringen mit briefen , oder mit luten,  
das man im die schulde schuldig sy, do soll man im  
gelten : Quibus in verbis tamen de alia adhuc et-  
iam juramenti specie agitur. Cum autem non in-  
utile futurum sit, si hujus textus sensum planiorem  
reddamus, ad explicationem verborum difficilio-  
rum in stat. alleg. occurrentium nos accingimus.  
Occurrit ibi *Gelten* quod idem ac solvere , zahlen/  
unde adhuc in usu est vergelten/ solvere debitum,  
uti invenitur in *Mythol. Germ.* MSC. p. 31. 6.

*Der Wolff sprach on not*

*Dem Hirt muß ich das geson*

*Er sollt im langes vergolten hon.*

Hinc Gelter saepius ponitur pro debitore ut in  
*Tyrol. Lands-Ordnung*: Wo aber die schuld unter  
funff und zwanzig perner vvere , und er die nit zu  
bezalen hette , so soll der richter demselben geler ,  
ein gelbs scheiblin an seinen Rock verordnen anzu-  
hefften: E contrario Geler sumitur pro Emtore, qui  
pecunia rem aliquam compensat ; de *LERONIS*  
*BELIAL contra CHRISTUM* p. 39. 6. *Esaiae* 50. 1.  
ita vertit ; vvo ist der brief das ich mich uvver mut-  
ter habe geußert , oder vver ist der geler , dem ich  
uch verköfft habe. *LUTHERUS* habet ; vver ist der  
VVucherer. Reperitur porro in alleg. statuto , τὸ  
vocabulum *Marckzale* ; vver erbet der soll ouch gel-  
ten noch der marckzale. als er dann erbet ; quasi di-  
ceres ; *Heres tenetur solvere pro rata portionis sua*  
*hereditariae* : Est enim à Zal, quod idem ac pars,  
*Ein theil/ & Marg, Marck, sive March,* (quæ idem  
sunt

sunt) quod significat, Determinatum, Limitatum :  
*Margo enim, Marck, Marca, Limes est Terrarum in-*  
*ter se divisarum.* vid. omnino SCHILT. Diss. de  
*bonis Laudemial.* §. 24. in JURE STATUT. AR-  
*GENT.* Lib. 3. c. 229. Es sollent auch die richter  
*von den sachen, die fur sie kommen, nemen, mit na-*  
*men von funff schillingen zuuen pfenning, und da-*  
*rüber noch marckzale:* Eodem modo legitur in an-  
*tiquo aliquo scripto de Anno 1430.* Es ist auch ge-  
*rett, uvenn oder uvele zyt in dem For hernoeh keme*  
*ein besitzer des hoffes und brechte und gebe einem Por-*  
*tenschaffner der vorgedachten N. N. 36. lb. &.* mit  
*versessen zinsen und auch noch marckzal noch ver-*  
*gangenem zil untze uff den tag also diese losunge ge-*  
*schicht, sollen die 26. B. ab sin gelosset, ut adeo noch*  
*marckzale idem sit, ac pro ratā.* Occurrit denique  
*uzit, quod aliquid etwas significat. Item svveren an*  
*den Heiligen, quod denotat jurare in Sanctis :* quam  
*formulam explicat du FRESNE GLOSS. v. Jurare,*  
*adde H. Rh. Q. sub rubrica, wie man ein Erb eigen*  
*und zeigen soll; in qua etiam sedes est Juramenti Ex-*  
*hibitionis ; & cum haec stat. alleg. sit conformis, ver-*  
*ba illius hic non exprimimus. Una cum hisce meretur*  
*inspici Constit. de An. 1552. vom ungeerbten Auß-*  
*gehen; quæ expresse disponit de uxore, cuius maritus*  
*decocturus timetur, quod illa intra 14. dierum spa-*  
*tium coram Senatu Majori comparere, & jurare te-*  
*neatur; uti infra pluribus dicemus. Recentior*  
*Constitutio, quæ de hoc Juramento extat, est in der*  
*Inventierschreiber-Ordnung de Anno 1636. §.*  
*26. quæ cum uberioris ejus naturam doceat, eam*  
*hic apponimus: Weilen auch die Erfahrung mehr/*  
*als*

als gut ist/ zu erkennen geben/daz die Errinnerung wegen Eyngens und Zeigens/ so durch die Räuffler geschehen sollen/ nit mit dem Fleis/ Eynner/ Ernst und Nachtrück gethan worden / wie billich seyn sollen : Als wird hiemit den Inventierschreibern befohlen/ daz sie solche Errinnerung mit und neben den Räuffleren hinführo berichten/ und denen Personen/ so zu eygen und zu zeigen haben den Articul darüber besagend verständlich vorhalten/ Sie vor Straff des Verbrechens warnen/ und darüber die Handtreu von ihnen nehmen / auch auf den fall/ da sich jemand in eygen und zeigern verdächtig erweisen würde/ solches auf den Stall den daselbst verordneten Dreyen ohnverzüglich anzeigen sollen/ bey ihren Enden : Und ist aber der angezogene Articul dieses Innenhalts: Unsere Herren/ Meister und Rath haben erkandt/ daz hinführo alle diejenigen / welche bey Inventierung der Erbschafften zu eygen und zu zeigen haben/ durch die Inventierschreiber und Räuffler gleich anfangs der Inventation, mit folgenden Worten gebührlich erinnert/ und von ihnen die Handtreu genommen werden solle: Ihr werdet und sollet alles das/ so der oder die Abgestorbene in Mahnung verlassen / und in dieses Inventarium gehörig ist / es seye ligend oder fahrend/ unverändert / oder theilbar / Lehen/ Wydumb / oder Eyngen / in der Statt oder ausserhalb der Statt/ allerdings nichts aufgenommen/ fleissig angeben/ eygen und zeigen / davon wissentlich oder vorsetzlich nichts verschweigen/ verhählen noch unterschlagen / bey Verlust dessen / so also verschwiegen/ verhället / oder unterschlagen wird/ und noch

noch mehrer ernstlicher Straff) je nach Beschaffenheit der Sachen / alles treulich und ohne Gefahrde. conf. Inventier-schreiber Ordin. de A. 1690. Quorum Statut. alleg. præcipua differentia in eo consistere videtur, quod prius Juramentum Exhibitionis in forma Juramenti præstandum requirit; posterius non item, sed nuda traditione manus in vim Juramenti. Nunc videamus de subiecto hujus Juramenti, seu quinam illud præstare teneantur. Præstant autem hoc juramentum omnes, qui alias jurare possunt; & quidem in genere omnes heredes non tantum ob interesse publicum, ut infradicemus, sed & ob interesse privatum; sic tenentur istud præstare sibi in vicem coheredes, sub poena, ut si quis rerum hereditiarum quid celaret, iste nil amplius ea de re participare beat; ita enim sese habent verba stat. supr. alleg. *versu vige es uzit darüber, das es durch recht teilen soll, das soll der erbin sin, den es versvungen ist;* quamquam huc posteriora, quæ poenam continent, in praxi, ut infra docetur, soleant raro observari. Cæterum, quod conjuges attinet, videtur sane in hac Republ. observatum fuisse, ut alterutro conjuge defuncto, superstes (nullo habito discrimine, aditus ne esset hereditatem, an omissurus) juraret v. R. I. R. O. fol. 2 i. sub rubrica, *wie man ein Erb eigen und zeigen soll:* de fœminis hoc certissimum, cum secundū expressa verba constit. vom ungeerbten Aufgehen de An. 1552. supra alleg. post mortem maritorum suorum in casu omittendæ hereditatis Juramentum Exhibitionis præstare teneantur: pertinent huc verba: *Erstlich wann ein Burger der Statt Straßburg (umb dessen Mahnung es sorglich gestanden)*

C

hin.

hinführō mit Todt abgieng/ so soll desselben gelassene  
 Wittwe inner vierzehn Tagen nach solchem ihres  
 Mannes tödlichen Abgang sich und ihre Kinder/  
 so deren vorhanden wären) vor lassen bevögtigen/  
 und darauf den Endengens und Zeigens vor Gericht  
 öffentlich erstatte: nemlichen/ daß sie vor und  
 nach ihres Mannes Todt/ ihr beyder/ verändert  
 und unverändert/ wenig noch viel/ nichts aufge-  
 tragen/ entfremdet/ veräusseret/ versteckt/ noch zu  
 behalten geben/ sondern noch alles hinder ihr im  
 Haß hab/ und im fall/ so etwas aufgetragen/  
 oder außerhalb der Wohnung in ihrem Wissen wä-  
 re/ das solt und woll sie/ bey solchem Endengen  
 und zeigen/ damit das wieder eingetragen/ künd-  
 lich gemacht/ und inventirt werde. Nec hæc con-  
 stitutio sine prægnanti causâ à proceribus Patriæ fa-  
 sta esse videtur sed ex eadem fere ratione, quam CU-  
 JACIUS l. 4. obs. 31. & in PAPIN. l. 19. quæst. in l. 7. de  
 Juris & facti ignorantia proponit; ubi: que non  
 ait, hodie mulieres post mortem mariti annulos diri-  
 piunt. & conservant mobilia omnia, quæcumque mo-  
 riens maritus reliquit, etiam in fraudem propri-  
 rum filiorum? huic impietati & rapacitati utile est  
 occurrere, restituto jure veteri exemplo Leonis Philo-  
 sophi in Nov. l. 10. hæc CUJACIUS.

Præter Conjuges hoc Juramentum quoque  
 præstare tenentur Tutores; Evidem Dn. KASTIUS  
 in disserr. de omittenda hereditate Sect. III. artic. III.  
 §. 3. arbitratur, illos non teneri ad hoc Juramen-  
 tum præstandum, ex iis quidem potissimum ratio-  
 nibus; Primo, quod formula Juramenti modo relati-

in.

in mulieris tantum personā concepta sit: Deinde quod Tutores & Curatores liberorum statim in ipsa datione & confirmatione, Magistratui jurant de bonis conquirendis & conscribendis, secundum quod in formula Juramenti Tutorum expressum est; ibi: bey seinem geschworenen Eyde in dem nächsten Monat/ ohngefährlich nach dem er Vogt worden ist / alles Gut/ so seinen Kindern zugehört lassen auffschreiben in zwey gleiche Registerlin &c. Verum enim vero affirmativam veriorem esse arbitror; cum primo in Constit. de 1552. vom Ungeerbten Aufgehen §. und nach erstattung expresse dicatur; quod post præstationem hujus Juramenti demum sequatur Inventarij confeccio; Nunc si Tutor( tenetur autem ad hoc) Inventarium conficere velit, & hoc quoque præstare debebit Juramentum, quod omnem Inventarii confectionem juxta generalia legis verba præcedit. In quâ sententia nos etiam firmat Dn. BRAUNIUS in *MSCto de arte Notariatus P. I. p. n. 89.* ubi inter eos, qui Juramentum Exhibitionis præstare tenentur, Tutores quoque recenset; cuius viri, utpote in praxi juris Patrii maximopere versati, auctoritatem merito suspicimus. Nec rationes pro negativa adductæ à prædicta sententia me avellere possunt: Quod enim primam attinet, illa destituitur veritatis fundamento, uti in conflictu ostendemus. Ad alteram rationem quam adducit, respondeo, esse quidem verum, Tutores juramento tutorio semel præstito non amplius ratione interesse privati, in favorem pupillorum aut minorum obligatos esse ad præstationem hujus Juramenti; sed propter in-

C 2 teresse

teresse publicum, cuius gratiâ præcipue hoc Juramentum ita in usu frequentiori esse solet; (uti patet ex iis, quæ infra habentur.) imo & ob interesse tertii.

Similiter coguntur præstare hoc Juramentum Domestici, hi enim quam maxime facultates defuncti scire præsumuntur: arg. I. I. §. officio. n. de Tut. & ration. distrahend. I. 22. n. omnia C. de administr. Tut. I. 34. π. eodem I. 8. §. 6. C. de repudiis: imo interdum etiam vicini aliqui qui de bonis defuncti aliquam notitiam, quâ alii carent, habere censentur. uti omnia hæcce egregie ostendit BRAUNIUS in sæp. laudato MSC. de arte Notariatus I. c. qua in re praxis quoque concordat.

Postquam ostendimus hactenus Subiectum Juramenti Exhibitionis; videamus porro de ejus Objecto, sive quæ res in copromittuntur exhibenda. In antiquissimo statuto sæp. alleg. requiruntur exhibenda: *Alles das eigen und erbe, und varenden gut und den vvidemen, obe vvidemen do sint, und auch das unverändert gut, und nemlich das varenden gut zuugen, und was man ime durch ein recht teilen soll;* cui etiam artic. der Reform. R. O. MSC. & supr. alleg. in omnibus convenit. Clarius objectum hujus juramenti exprimitur in der Inventierschreiber Ordnung I. supr. c. nam juxta illam exhiberi debent das liegend und fahrende Gut; was unverändert/ oder theilbar / Lehen / Wydumb oder Enyen / inn oder außerhalb der Stadt / allerdings nichts aufgenommen; de quibus singulis nunc agemus. Etissime autem id quod in Jure antiquo Statutario appellatur erb und eigen in LL. recentioribus redditur

ditur per *ligend gut*. Quod clarum etiam fit ex Collatione alterius legis quæ occurrit in JUR. ARG. SCHILTER. lib. 2. cap. (4.) ubi de pœna ejus, qui telo aliquem vulneravit & fugæ se dedit hæc fanciuntur: *Ist aber das enph!het der fuslich getat het begangen het er eigin oder erbe, so bricht man ime sin huz, oder der rat und der Schultheisse obe sie vwellent machen das huz gemeine, also das es meniglichen offen si und die türn abe sint gebrochen &c. Het er aber ei-gins und erbis niht, so sol sin varendes guot in des rates gevvalt sin, das sie damitte und dervone besfernt den rihtern und och deme vvunden.* conf. WEHNER. in Obs. Pract. v. Erblich und Ewig. & in v. Eigen. ubi notat, quod vocabulum *Eigen* ( ita enim legendum ) ubicunque reperitur in jure Saxonico denotet immobilia & opponatur mobilibus. Huc etiam pertinet notabilis locus OTFRIDI Weissenburgensis Monachi in EVANG. lib. 2. c. 2. §. 41. ubi de Christo dicitur :

*Er quam, s̄os er scolta,  
Joh vvisota tho er vvolta  
In eigan joh in erbi,  
Thaz lag al umbitherbi.  
Veniebat, uti debebat,  
Et ibat, quā volebat,  
In propria bona.  
Hac cubabant omnia infecta  
seu in corruptione.*

Contrarium quidem suadere posset Textus JURIS STATUTARII nostri in Lib. III. c. 260. ubi contradistinguuntur *ligend pfand & eigen und erb* ( quod oppigneratum ) dicitur enim: *Man sol ein effende*

pfant dem usseruwartet ist veil bieten aht tag und darnoch in den dryen tagen verkouffen. ein liegent pfant sol man veil bieten xiiij. tag und darnoch in den aht tagen verkouffen; eigen und erbe sol man veil bieten sehs vrochen und drige tage und darnoch in den xiv. tagen verkouffen; verum, nisi omnia me fallunt, per ligend pfand non intelligitur pignus rei immobilis; sed pignus rei mobilis, verum talis quæ se non (ceu pecora) movet ipsam: qua fere ratione in JURE JUSTINIANEO res mobiles, immobiles & semoventes sibi invicem opponuntur. vid. l. i. C. de Prætor. pignor. l. un. §. 7. vers. acta. C. de rei Uxor act. l. 2. impr. C. de Constitut. pecun. l. 49. C. de Episcop. & Cler. l. 2. §. 4. quando & à quibus quarta pars. l. 30. pr. C. de jur. dot. Cæterum licet vox eigen und erb plerumque bona immobilia in genere denotet, eadem tamen etiam reperitur opposita voci lehen; ita in quodam Instr. de 1426. legitur: anzegriffende und zepfendende an allen unsern und iren güttern ligende und varende eigen erbe und lehen vvo su die vin- dent. Sunt autem Res immobiles quæ de loco in locum citra rei corruptionem sua natura moveri nequeunt; & quidem vel sunt immobiles naturaliter; cuius exempla vide in l. i. de Condict. Tritic. in l. 7. §. 5. quod vi aut clam &c. plura ap. Dd. ad Tit. π. de Rerum divis. & qual. vel immobiles juris intellectu, quæ sui quidem natura mobiles, certo tamen in loco, perpetui usus gratia sunt collocata; vid. exempla in l. 17. §. 7. l. 60. l. 242. π. de V. S. Germanis hodie vocantur, Liegende oder unbe- wöglische Güeter. In der Falliments- & Ord- nung von Straßburg de An. 1650. sub rubr. von den

den ausdrücklichen Verpfändungen §. 10. & 11.  
liegend und unbewölkliche conjuguntur. Quæ au-  
tem Argentinæ pro immobilibus habeantur docet  
**BRAUNIUS** in *MSto de Arte Notaricatus*, l.c.

*Vox varend, fahrend gut*, pro quâ etiam  
**Fahrnus** legitur, denotat, uti ex modo dictis jam  
videre licet, bona mobilia tum quæ seipsa movent,  
tum quæ ab aliis moventur; ut adeo etiam pecora  
( quæ tamen voce **Fahrnus** non denotari tradit  
**KLOCK Vol. III. conf. 125.**) comprehendantur. Non  
tamen ut **HERTIUS** putat in *Notit. veteris German.*  
*popul. c. 2. §. 15.* hæc eadem bona videntur deno-  
tari nomine *Faræ* in *Legib. Longobard.* ubi lib. 3. tit.  
14. dicitur: *Si quis liber homo migrare voluerit alii-  
quo, potestatem habeat intra dominium regni nostri cum  
fara suâ migrare quo voluerit.* rectius ibi per ge-  
nerationem, familiam exponitur, ceu **LINDENBRO-**  
**GIUS** in *Glossario* monet. Dicuntur autem à voce  
*Fahren*, quæ Majoribus nostris motum de loco in  
loco generatim, speciatim autem actum eundi, de-  
signabat. in *Versione Paraphras. Evang. Tatiani c. 228.*  
¶. i. legitur:

*Inti nahlihotum tho thera burgilun thara sin fuorud,  
inti her lichizeta sih rumor faran. Et appropin-  
quaverunt castello quò ibant, & ipse finxit longius ire.*  
in *Gloss. KERONIS:* zeFarande, gradiendi. ze  
Farantlicheem, Transitoriis; ubi etiam occurrit com-  
positum Furifare, transeat.

Dicuntur autem Res mobiles in Jure nostro, uti  
*Dd. ad Tit. n. de Rerum divis. & qualit. definiunt,*

res

res, quæ de loco in locum, motu locali integræ & salvæ transferri possunt: Germanis bewöglische Güter/ Fahrnuß und fahrende Haab; vid. BRAUNIUS in MSC. de arte Notariat p. m. 436. FRANCKF. Reform. part. 2. l. 3. n. 5. & WEHNER. Observ. Pract. Voc. Fahrnuß Sæpius autem hæc vocabula conjunguntur. v. Strasburger Falliments-Ordnung & Constit. de An. 1650. cl. 3. sub Rubrica von der aufztrücklichen Verpfändtnuß §. 2. II. 12. & 15. Item sumuntur quandoque promiscue; sic in d. Constit. §. 5. 7. II. & 12. Reform. Rh. Ordin. §. 11. 15. & 17. ibi: den bewöglischen und liegenden Gütern. v. Constit. alleg. l. c. v. interim pluribus HARTMANN. PISTOR. q. 26. n. 1. & 2. & omnino WEHNER US Observ. Pract. voc. Fahrnuß: Quæ autem rerum Mobilium species sint, cum uberrimè Dd. ad d. tit. de rer. divis. & qual. hac de re egerint, nos non exponemus; Conferri interim meretur WEHNER. l. c. & in primis BRAUNIUS l. c. qui in rebus recensendis, quæ Argentorati in primis habeantur pro mobilibus, egregie est occupatus.

Pergit Constitutio recentior in classe objectorum, was unverändert oder theilbar/ quibus vocabulis qualitates oppositæ, quæ bonis immobilibus & mobilibus inhærent, significantur. Dicuntur autem Unverändert Gut seu bona non alterata, quæ Conjuges sibi invicem initio sive durante matrimonio afferunt, & post mortem alterutrius in eo adhuc statu, quo fuere, cum afferentur, existunt, aut, si non ita existunt, ob clausulam reservatoriam de non alterando pactis dotalibus insertam, adhuc existere & non alterata esse finguntur; uti id egregie docet

docet saepius laudatus BRAUNIUS in libro MSC. supra allegato. Exemplo rem liceat illustrare: Caja attulit Sempronio marito suo fundum Tusculanum, moritur Sempronius, & fundus in suo statu quo fuit, cum afferretur, adhuc est, tum fundus ille sub bonis non alteratis recensetur. Habet autem distinctio inter bona alterata, & non alterata hunc effectum; quod Caja praedictum fundum Tusculanum sibi vindicare queat; quod alias non posset. Si enim fuisset alteratus, fieret divisibilis seu theis-  
var/ uti loquuntur, & Maritus, seu Mariti heredes duas, Mulier Caja vero unam acciperet tertiam: uti iterum docet supra laudat. BRAUN. l. c. Qui  
ctiam sequentes, de Modis, quibus alteratio pos-  
sit intervenire, regulas ponit. Prima est: si mate-  
ria Rudis interitum patiatur vel formetur. 2. Ma-  
teriae Liquidæ inseparabiles, vel species si con-  
fundantur. 3. Forma Essentialis si mutetur. 4. Si  
rei dominium transferatur. Non vero alteratur.  
si absque rei interitu substantiæ rei aliquid per ac-  
cidens contigerit; accidentalia enim, si non inte-  
ritus rei sequatur, rem non commutant; sic ex-  
gr. agro ad tempus inundato, si exinde aqua de-  
fluit, ager minime fit alteratus, sed non alteratus  
manet; similiter si Vasa aurea, argentea & similia  
à conjugibus allata intermedio conjugio reficiun-  
tur, nec tunc fit alteratio: Eodem modo, si ar-  
bores, aliaque plantarum genera, vel initio,  
vel durante conjugio de loco in locum trans-  
ferantur, aut plantentur, imo augmentationem ha-  
cenus accipient, nec intercedit alteratio; quam-  
vis in quantum fuere aucta accipient alteratio-

D

nem

nem & divisibiles fiant: uti iterum satis prolixo & per singula capita sup. laud. BRAUNIUS in MSC. p. 68. & p. 492. usque ad 548. ostendit. quæ autem his opponuntur bona ea, scil. quæ ex allatis in matrimonium vel alterata sunt, vel ob omissam in pactis dotibus clausulam reservatoriam pro alteratis habentur, vel demum durante matrimonio opera & labore fuere quæsita, appellantur *theilbar, errungen Gut, Errungenschafft, verändert, item gevuygnig Gut.* vid. JUS STAT. SCHILTER. lib. 2. c. 101. & lib. 3. c. 310. adde omnino Dn. KASTII. *Diss. de omittend. Heredit.* & Dn. WÜRTZ de Bonis Conjugum & illatis & durante matrim. acquisit. quod autem Jus Antiquum des unveränderten Guts mentionem non faciat, id ideo fieri videtur, quia de hujus exhibitione facienda minus dubitari potest.

Sequuntur *Lehen*/ qua voce hic non denotantur bona simpliciter locata, sed feuda, tam late tamen sumta, ut & emphyteutica bona sub iis comprehendantur; quæ acceptio nec JURE FEUDALI ALEMANNICO, nec STATUTARIO nostro ARGENTORATensi est infrequens. vid. JUS STAT. ARGENT. SCHILTER. lib. 3. c. 324. & 325. Appellantur autem hæc bona *Lehen*/ quia eorum possessio à concessione & indulgentia aliorum fluit. *Lehen* enim in genere nihil aliud significat, quam concedere rem aliquam. Sic apud OTFRID. II. 15. 23. dicitur:

*Leh in lib inti guat  
Joh harto frauualichaz muat  
Dedit illis ( ægrotis ) vitam & bona  
Nec non valde hilarem animum.*

&amp;

&amp; I. 10. 35.

*Alle daga fristi**Thie er uns ist lihenti.**Omnium dierum tempora**Quæ ille nobis indulget.*

hinc in GLOSS. LIPSI, occurrit : *Luuethū*, præstisti. Hodie reliquias hujus significationis clarissimas habemus in v. *Verleihen*, quæ dare, concedere significat. Tandem inter objecta hujus Juramenti venit der *Wydum* / *Widem*, quo nomine insigniuntur bona usufructuaria, quorum proprietas ad alium pertinet: ita ex. gr. si Andreas, cui uxor prior usumfructum bonorum suorum legaverat, moriatur, Barbara uxor altera debet manifestum reddere, quod maritus suus horum bonorum usumfructum habuerit. Est autem magna horum bonorum differentia ratione census publici, quem *Stallgelt* appellamus; census enim pro viduo obnoxiiis bonis præstatur uti pro bonis non feudalibus, id est singulis annis 3. fl. pro 1000. fl. pro bonis autem feudalibus dimidium tantum hujus census solvendum est. vid. DECRETUM COLL. XV-viral. d. 24. Decembr. 1634. Antiquis autem vox *Widem* dotem significabat: eam maxime, quam ex more veterum Germanorum, de quo *Tacitus de Morib. Germ.* c. 18. non uxor marito, sed Maritus uxori afferebat: quod patet ex WILLERAMI ABBATIS MERSBURGENSIS PARAPHRASI CANTICI CANTIC. qui c. 3. pag. 55. dicit: *Tho her himo seluemo mahelda mit themo Withemo sines heiligon Bloudes die Ecclesiam non habentem maculam neque ru-*

D 2

gam

gam. i. e. cum sibi copularet cum dote sui sancti sanguinis Ecclesiam &c. GLOSSAR. LATINO. THEOTISC. Dos, Widimo. Anglo-Sax. *vvituma*, *vveothoma* & *vveotbuma* nominant. Burgundiones *Wittemon*. vid. du FRESNE in *Gloss.* h. v. & SPEELMANN. in ARCHÆOL. adde LINDENBROG in *Gloss.* hinc *Widemhoff* adhuc dicuntur *Curie quibus Ecclesiae sunt dotatae*. vid. SPEIDEL. in *Observ.* h. v. Quia autem hujus dotis scopus is potissimum fuit, ut solo matrimonio ex ejus usufructu se sustentaret *uxor*, postea pro usufructu bonisque usufructuariis adhiberi coepit, unde fluunt nostri juris vocabula, *Vor-vvidem*, *Nach-vvidem*, *Broutlauff-vvidem*. adde DN. Jo. JAC. FRIDII *Diss. de Viduo habitam* hic A. 1645. Hinc nunc facile apparet quid voce *eigen* hic denotetur, scilicet omne id quod non est *leben* aut *vvidem*. In objecti autem sede summopere notari meretur, clausula recentiorum Constitutionum allegatarum inn oder außerhalb der Statt allerdings nichts ausgenommen; quæ Generalitatem objecti abunde demonstrat.

Sequitur nunc ut ostendamus, Quomodo illud debeat præstari? Hodic, ut experientia est testis, præstatur hoc Juramentum plerumque traditione manus in vim juramenti, mit gegebener Handtrenn; sed quæritur hic, an semper ita debeat præstari? Pro affirmativa militat; quod in der Inventierschreiber-Ordnung de Anno 1636. & de Anno 1690. §. 16. dicatur expresse: Hiermit wird den Inventierschreibern befohlen/ dass sie solche Erinnerung / mit und neben den Käufflern hinführō verrichten/ und denen Personnen/ so zu eygen

engen und zu zeigen haben / den Articul darüber  
 besagend/verständlich vorhalten/ sie vor Straff des  
 Verbrechens warnen / und darüber die Hand-  
 treu von ihnen nehmen/ sc. In contrarium autem  
 quod nempe corporale juramentum semper sit  
 præstandum, facit JUS STAT. ARGENT. SCHILT.  
 Lib. 3. c. 317. Und soll ime dann jenes svveren an  
 den Heiligen, das es ime geoget, und genennet habe,  
 alles, das es im durch ein recht teilen soll ; cum quo  
 convenit Artic. der Kl. R. O. MSC. sub Rubrica,  
 wie man ein Erb engen und zeigen soll ; ibi ex-  
 pressle, Er soll schweren zu Gott. Pertinet huc  
 in primis formula jurisjurandi seu Inventarii in di-  
 eta Kl. R. O. MSC. sub Rubrica, der Eyd Engens  
 und zeigens : Ich N. schwere / daß Ich alle und  
 jede Haab und Güter in gemeine Theilung gehö-  
 rig/ getreulich fürbracht / und angezeigt und ge-  
 fährlich nit hinderhalten / oder verschwiegen / und  
 ob ich noch etwas mehr erfinde / das zu theilen  
 sich gebührt / will ich auch melden / und schaffen  
 getheilt zu werden/ getreulich ohne alle Gefahrde/  
 als Mir Gott helfe. Verumenimvero statui-  
 mus utrumque posse adhiberi pro diversitate ca-  
 suum ; ac licet frequentior sit traditio tantum ma-  
 nus in vim juramenti ; attamen arbitror, quod si  
 quispiam, cuius interesset Juramentum formaliter  
 præstari, id exigeret, eum audiendum, atque ita ho-  
 dienum observationem , wie man ein Erb engen  
 und zeigen soll/ obtainere. Quo facit Ref. Rh. O.  
 tit. gemein Execution- Ordn. §. 27. addi meretur  
 supr. laud. Dissert. Dn. KASTII de Omittenda he-  
 reditate l. c. Cæterum Juramentum Exhibitionis

ut in omni hereditate præstetur opus est; sic enim verba statuti sup. alleg. sonant Wer erbet, der soll auch gelten noch der margzale als er dann erbet, und soll man ouch dem ougen und nennen alles das erbe und eigen &c. cum quo & conveniunt reliquæ Constit. Evidem secundum jus recentius semper præcedere debet confectionem Inventarii, non autem sequi. Fortior enim est depositi Juramenti præsens recordatio ad perpetrandi prohibitionem, quam deponendi Juramenti cogitatio ad perpetrati delicti confessionem, ut loquitur Dn. KAST. in sup. cit. Diss. de omittenda hereditate, l. c. Posse tamen etiam exigi hoc Juramentum post Inventarii confectionem, si Inventarium suspicione laboret, utrum nimirum bona fide fuerit confectum, & omnia quæ debent, eidem fuerint inserta necne, ad purgandam doli suspicionem in præsenti quoque statuimus. vid. l. ult. §. 10. C. de Jure deliberandi. & ibi Dd. Extat porro casus singularis, quo Juramentum hoc exigitur in Constit. de Anno 1552. vom ungeerh. ten Aufzehen: juxta hanc enim vidua superstes & quæ hereditatem, ob decoctionem mariti, omittit, intra 14. dierum spatium à tempore mortis mariti, vel scientiæ, judicialiter coram Senatu Majori comparere, Ref. Rh. O. t. t. von Sachen vor Kl. R. §. 12. & in ea verba jurare tenetur, quæ exprimuntur in prædicta Const. §. Erstlich; ibi: daß sie vor und nach des Manns Tod ihr beyder Güter ic. Exigitur autem hoc Juramentum non tantum ob interesse privatum, ne nimirum coheredes aut creditores in casu decoctionis defraudentur; sed etiam ob interesse publicum wegen dem Statt, gelt

gelt ic. in quo cardo hujus Juramenti quærendus ; hinc & notanter dicitur in der Inventierschreiber-Ordnung supr. alleg. l. c. Auch auf den Fall / da sich jemand in engen und zeigen verdächtig erweisen würde/ solches auf den Stall den daselbst verordneten Herren Dreyen ohnverzüglich anzeigen sollen : unde fluit Juramentum Exhibitionis Argentinæ præstandum esse de necessitate ; nec in partium consistere voluntate, ut in aliis locis, secundum ea, quæ infra habentur. Cum enim Proceres Reipublicæ Argent. vidissent, quod, licet conficeretur Inventarium , nihilominus fraus & dolus intervenirent , è re esse duxerunt , Juramentum, in quo quis promitteret, omnia bona se exhibitrum designaturumque , à partibus , & qui cognitionem bonorum habent , ante confectionem Inventarii exigi. Est enim hic in usu, ceu supra jam indigitatum, ut nostrates singulis annis 3. pro 1000. flor. renis solvant ; quod tributum **Stallgelt** vocatur, v. **Stall-Ordnung.** Cum itaque hæc ita sint ratio, cur à privatis remitti non possit facile appareat. Nam, uti PAPINIANUS in l. 42. ḡ. de Pactis loquitur: *Pactis privatorum formam juris Fiscalis convelli non placet.* adde l. 7. §. 16. & l. 38. ḡ. ib. l. 5. §. 7. ḡ. de administrat. & pericul. Tutor.

Pœna eorum, qui licet Juramento præd. præstito , nihilominus ex bonis exhibendis quædam celant , pro ratione temporum varia est ; in Statut. supr. alleg. pœna coheredum, qui sibi invicem celant, est, quod res celata ei, cui celatum, cedat ; ibi enim dicitur : *versvriege es uzt darüber, das es durch recht teilen soll, das soll der erben sin den es versvigen*

gen ist. Sed id postea mutatum videmus in der Inventierschreiber-Ordnung de Anno 1690. §. 16. Ihr sollet und werdet alles das / so der oder die Abgestorbene in Nahrung verlassen / ic. angeben/ nichts verschweigen/ verhálen/ oder underschlagen/ bey Verlust dessen / so also verschwiegen / verhált/ oder underschlagen wird/ und noch mehrer ernstlicher Straff / je nach Beschaffenheit der Sachen/ alles treulich und ohne Gefahrde. In quo non tantum supra dicta aliquatenus esse mutantata (cum cœlata fisco cedant) verum etiam plura videmus addita; nempe pœnam arbitriam imponi iis adhuc qui celant : Quod ultimum & praxis hodierna multis confirmat præjudiciis. Plura adhuc possemus addere, sed cum de usu aliorum locorum circa Juramentum Exhibitionis, quædam dicere promiserimus Sectionis II. abrumpimus filum. Sequitur itaque

## S E C T I O   III.

*Quid circa juramentum Exhibitionis obtineat  
in aliis quibusdam locis ?*

**N**on quidem ea mente hanc Sectionem III. nostræ inseruimus Dissertationi; quasi omnium Locorum jura circa Juramentum Exhibitionis referre luberet, sed ut tantum paucis ostendamus, quod licet in aliis quoque locis Juramentum simile in usu sit, attamen ab illo, quod est in Patria nostra receptum, longe differat. Sic in REFORM. WORMACIENSI Part. 4. fol. 16. & fol. 43. a sub Rubrica, *wie und bey was Pflichten/ so die Eltern mit den Kindern*.


Kindern theilen / solche Theilung geschehen soll ; ibi : will der Vater oder Mutter nach Abgang seines Ehegatten/ alles mit ihren Kindern abtheilen / das mögen sie thun / also daß alles / das in gemeine Theilung gehört / dargethan / und ob der Kinder eines oder mehr nicht begnügig / des / so ihm die Theilung bracht / und sagen und fürbringen wolten/ daß mehr Güter vorhanden gewesen/ dann angezeigt / die aufzutheilen wären / soll gehört werden : Wolten aber oder solten sie nicht beweisen ; und begehrten an die Person / in deren Gewalt oder Verwahrung die Güter gewesen/ zu thun den End Rechter Theilung / dieselbe Person soll solchen End thun / und mögen sich nicht beschirmen/ oder weigern / und ist des / die Form des selben Ends : Ich N. schwöre / daß Ich alle und jede Haab (forte Haab) und Güter in gemeine Theilung gehörig / getreulich fürbracht / und angezeigt / und gefährlich nichts hinderhalten / oder verschwiegen hab / und ob ich noch etwas mehr erfunde / oder bedachte / daß auch zu theilen sich gebührte / will ich auch melden/ Getreulich und ohne alle Gefehrde / als Mir Gott helfe. Sed hoc diversum esse, à Juramento Exhibitionis, quod est in usu Argentorati in proposito est. 1. Quia, quod præcipuum , de necessitate non est , sed ejus exactio relinquitur partium arbitrio. 2. Quod ratione interesse privati, non publici exigatur. 3. Quod præstetur post hereditatis divisionem factam, coque asseratur, quod illa divisio fuerit justa, quod omnia in ea dividenda exhibuerit , & quod postea, si quid dividendum jurans invenerit id quoque sit

E

ex-

exhibiturus. Ejusdem tenoris est, quod invenitur in Reformat. Francofurt. part. 6. tit. 3. §. 11. cui adstipulatur etiam Erb-Ordnung der Herrschaft zu Lohr / juxta quam etiam fuisse decisum in caus. Herrn Johann Jacob S. seel. Tochter letzter Ehe / und desselben zweien Töchtern erster Ehe/ reperitur in CONSIL. ARGENT. SCHILT. RESP. 176. §. 3. Belangend ic.

Atque hæc pro ratione instituti (quod erat, quædam de juramento hoc delibare) dixisse sufficiat. Plura proponenda aliis relinquo. Cæterum B. L. si quædam rudi Minerva dicta reperies, adscribas ingenii mei imbecillitati. DEO interim O. M. pro concessa ad hanc Dissertationem scribendam facultate Summa sit Laus Honor & Gloria.



## COROLLARIA.

### I.

**A**nalogiæ Juris Canonici congruum est ex nudo pacto dari actionem.

### II.

Quod impossibilis conditio adjecta Pacto illud vitiet, non autem vitiet ultimam,

mam, cui addita est, voluntatem, ratio-  
ne non destituitur.

*III.*

Natura Donationum propter Nu-  
ptias nondum perfectè est cognita.

*IV.*

Ususfructus feudalis longe differt ab  
usufructu communi.

*V.*

Secundum Textum ac rigorem Ju-  
ris Feudalis etiam filii naturales legiti-  
mati per subsequens matrimonium à  
Feudis prohibentur ; contrarium tamen  
moribus receptum esse praxis docet.

*VI.*

Vassallus de Feudo potest transfigere  
salva Feudi substantia.

*VII.*

Vassallum gaudere Jure subinfeudan-  
di vel subinvestiendi contra Hottoman-  
num statuimus.

*VIII.*

( 36 )

VIII.

Cautio usufructuaria ne quidem ultima voluntate remitti potest ; sed instantum pro non remissa habetur.

IX.

Imperatoria potestas per Reservata Imperatoris non bene describitur.

X.

Ottонем III. Electorale Collegium instituisse invitâ veritate dicitur.

*FINIS.*



Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!

20. Nov. 2007

SACHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



2 0146551

Frast jwv  
558

